

Calx pro materia Fœmininum, pro fine & parte
pedis Commune est.

Atriplex Fœmininum & Neutrum est.

*Quomodo cognoscuntur Genera De-
fectivorum?*

In Defectivis fingatur Nominativus
singularis : ut, fauces, opes, frugis, permissu, &c.

DECLINATIO.

Quid est Declinatio?

Est variatio nominis in fine per Ca-
sus.

Quot sunt Casus?

Sex: Nominativus, Genitivus, Dativus,
Accusativus, Vocativus & Ablativus.

Quomodo dividuntur Casus?

Duo sunt Recti: Nominativus & Vo-
cativus. Reliqui dicuntur Obliqui.

Quot sunt Declinationes Nominum?

Quinque: Prima, secunda, tertia, quarta,
quinta.

Quot terminationes habent in Nominativo?

1. habet quatuor: a, e, as & es.

2. habet quinque Latinas: er, ir, ur, us, um.

Et tres Græcas: os, on & eus.

3. habet undecim: a, e, o, c, d, l, n, r, s, t, x.

B s

4. habet